

† Ex qua dei gratia descendit ab ethere natus. Anno Millesimo. ducentesimo tricesimo secundo. Regnante domino nostro Frederico Serenissimo Romanorum Imperatore et semper augusto anno duodecimo Regnique eius Ierusalem anno septimo et trigesimo quinto anno regni eius Sicilie die mercurii vicesimo quinto Augusti Indictionis quinte. Residente me Escelso Imperiali Melficte Iudice intus in ecclesia sancti Marci sita extra civitatis eiusdem. una cum Iohanne notario et sire Raone f. Guarelle militis. Nicolao f. sire Gabrielis. Roberto de sire unfredo et aliis probis viris. Iohannes subdiaconus f. Simonis quoddam publicum instrumentum exhibuit a Iudice facto per quemdam non nominandi nominis Regni Sicilie invasorem. petens ipsum renovari iuxta sacram Imperialem constitutionem noviter promulgatam. quod Instrumentum ego predictus iudex videns et predictis mecum residentibus ostendens non cancellatum. non abolitum nec aliqua parte sui vitiatum sed tam in contesta continentie principalis quam in subscriptione testium nullo vitio laborabat nisi hoc solo quod subscriptum fuerat et predictum ipsum per manus Iohannis publici Melficte notarii qui presens erat renovari iussu cuius continentia talis erat. Domini iesu christi nostri redemptoris Incarnationis Anno Millesimo. ducentesimo. secundo. Regnique domini nostri gloriosissimi Regis Frederici anno quinto et mense septembris Indictione quinta. Ego Sammarus f. domini Maioris civitatis Melficte et inde coram dicto Gaudo Iudice aliisque probis viris voluntarie vendo et trado per fustem Simoni de Castellina f. Goffridi eiusdem Melficte unam peciolam terre cum octo arboribus oliarum hos fines pro qua mea venditione fateor accepisse totum unam unciam auri quam apud me habeo defendentes ab eis a debito et parte uxoris mee et a tributo publico et ab omnibus hominibus antepono ei olivas in eodem loco Unde voluntarie